



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibliotheca Rhetorum

In quo Causae Forenses, Liber Epistolarum, Liber Fabularum, Et
Oratiunculae

Le Jay, Gabriel François

Ingolstadij, 1726

Arimazis responsio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71049](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71049)

ARIMAZES ALEXANDRO

*Salutem & maturam ab inutili obsidione
Decessionem.*

Suasoria & Satyrica.

JAm senferam adesse te, & cum universo exercitu ante urbem Petram posuisse castra, cum tua ad nos Epistola perlata est. Atque ut fatear, quod res est, non potui non dolere Regis hactenus invicti fatum, qui rem tam arduam & humanis imperviam viribus suscepisset. Nam quid moliris, infortunate Princeps, aut quò te mala libido gloriæ incautum abripit? Equidem novi, quibus fretus victoriis & quanto fortunæ prioris fastu ad nos perveneris. At, si me audies, non obscurabis hodie rerum à te gestarum famam, neque tam celerem victoriarum cursum ad inaccessiblei rupem remorabere. Quas intentasti nobis minas fuitiles, sprevimus, ut par erat, neque aliud pertimescimus exitium gravius, quàm quod ignavæ deditiois dedecus afferret. Rupes nostras frustra despicias, nisi fortè milites habes alatos. Unum hoc deerat tibi, quo Petræ ad fastigium evolares. O factum malè, quòd in reliquis fortuna tam prodiga id unum tibi non permiserit! Tamen vel tibi alas provide, vel nullam expecta deditioem. Interim securi & incolumes victoris iras & inclementiam ridebimus. Vale.

AMICO